



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvatæ Dicvntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Vtrum substantia spiritualis celesti corpori vniatur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)

habet, quia non potest in pluribus esse, sed ipsa sola manet in seipsa. vnde Arist. in 7. Metaph. contra Platonem arguit, qd si formae rerum sint abstractae, oportet quod sint singulares.

Ad nonum dicendum, qd in compositis ex materia & forma, indiuiduum addit supra naturam speciei designationem materiae, & accidit in indiuidua lia: sed in formis abstractis non addit indiuiduum supra naturam speciei aliquid secundum rem, quia in talibus essentia eius est ipsa met indiuiduum sub silens, vt patet per Philosophum in 7. Metaph. Addit tamen aliquid secundum rationem, scilicet hoc quod est non posse existere in pluribus.

Ad x. dicendum, quod substantiae quae sunt a corporibus separatae, sunt formae tantum, non tamen sunt actus alienius materiae: licet enim materia non possit esse sine forma, tamen forma potest esse sine materia, quia materia habet esse performam, & non econuerso.

Ad xi. dicendum, quod anima quia est infima inter substantias spirituales, maiorem habet affinitatem cum natura corporea: vt possit esse eius forma, quam superiores substantiae.

ARTICVLVS VI.

Vtrum substantia spiritualis celestis corpori vnietur.

Sexto queritur, vtrum substantia spiritualis coelesti corpori vnietur. Et videtur qd sic. Dicit enim Dionysius 7. capite de Diuinis nominibus, qd diuina sapientia coniungit fines primorum principis secundorum. Ex quo potest accipi, qd natura inferior in sui summo attingat superiorem in sui infimo. Superum autem in natura corporea est corpus celeste, infimum autem in natura spirituali est anima. ergo corpus celeste est animatum.

¶ 2 Præt. Nobilioris corporis nobilior est forma. Corpus autem celeste est nobilissimum corporum, & anima est nobilissima formarum. Si ergo aliqua inferiora corpora sunt animata, multo magis corpus celeste animatum erit. Sed dicendum, qd licet corpus celeste non sit animatum, tamen forma qua illud corpus est corpus, est nobilior quam forma qua corpus hominis est corpus.

¶ 3 Sed contra. Aut in corpore humano est alia forma substantialis praeter animam rationalem quae dat esse corpori, aut non. Si non, sed ipsa anima dat esse substantiale corpori, cum anima sit nobilissima formarum, sequetur qd forma per quam corpus humanum est corpus, sit nobilior quam forma per quam corpus celeste est corpus. Si autem sit alia forma substantialis in homine dans esse corpori praeter animam rationalem, manifestum est quod per illam formam corpus humanum sit susceptiuum animae rationalis: quod autem est susceptiuum perfectae bonitatis est melius eo, quod non est susceptiuum: vt dicitur 2. de Caelo, & mundo. Si ergo corpus celeste non est susceptiuum animae rationalis, adhuc sequetur, quod forma per quam corpus humanum est corpus, sit nobilior quam forma per quam corpus celeste est corpus, quod videt inconueniens.

¶ 4 Præt. Perfectio vniuersi requirit, vt nulli corpori denegetur id ad quod naturaliter inclinatur: omne autem corpus habet naturalem inclinationem ad id quo indiget ad suam operationem. Operatio autem propria corporis celestis est motus circularis, ad quod indiget substantia spirituali. Non. n. hic motus potest conuenire alicuiquam formam corporealem, sicut motus grauium & leuium, quia oportet qd motus

cessaret cum perueniret ad aliquod vbi determinatum, sicut accidit in grauiibus & leuiibus, quod patet esse falsum. Relinquitur ergo quod corpora celestia habent substantias spirituales sibi vnitas.

¶ 5 Præt. Omne quod in aliqua dispositione existens mouetur naturaliter, in eadem dispositione existens non potest quiescere nisi violenter, sicut corpus graue aut leue extra suum vbi existens. Sed si motus caeli sit a forma naturali, oportet qd in quolibet vbi existens naturaliter moueatur. ergo in quocumq; vbi ponatur quiescere, non quiescet nisi p violentiam. Nullum autem violentum potest esse perpetuum. Non ergo in perpetuum quiescet caelum post diem iudicii, vt secundum fidem ponimus. Cum ergo hoc sit inconueniens, necesse videtur dicere quod caelum mouetur motu voluntario. Et sic sequitur quod caelum sit animatum.

¶ 6 Præt. In quolibet genere, quod est per se, prius est eo quod est per aliud: sed caelum est primum in genere mobilium. ergo est per se motum tanquam mouens seipsum. omne autem mouens seipsum diuiditur in duas partes, quarum vna est mouens per appetitum, vt anima, & alia mota, vt corpus. Corpus igitur coeleste est animatum.

¶ 7 Præt. Nihil quod mouetur a motore totaliter extrinseco, habet motum naturalem. Cum ergo motus caeli sit a substantia spirituali, quae secundum Augustinum 3. de Tri. Deus administrat corporealem substantiam per spirituale, si illa substantia non vniretur ei, sed esset totaliter extrinseca, motus caeli non esset naturalis, quod est contra Philosophum in 1. de Caelo.

¶ 8 Præt. Substantia illa spiritualis mouens caelum si esset extrinseca tamen, non posset dici qd moueret caelum solum volendo. quia sic eius velle esset eius agere, quod est solius Dei. Oportet igitur qd aliquid immitteret ad mouendum. Et sic cum eius virtus sit finita, sequetur qd accideret ei fatigatio in mouendo per diuturnitatem temporis, quod est inconueniens, & maxime secundum ponentes aeternitatem motus. ergo substantia spiritualis quae mouet caelum, est ei vnita.

¶ 9 Præt. Sicut habetur in 4. Physic. Motores inferiorum orbium mouentur per accidens, non autem motor superioris orbis: sed motor superioris orbis vnitur suo orbi vt motor. ergo motores inferiorum orbium vnuntur eis, non solum vt motores, sed vt forma. Et sic ad minus inferiores orbis sunt animati.

¶ 10 Præt. Vt in 11. Metaph. Comment. dicit, substantiae separatae sunt in optima dispositione, in qua esse possunt. Et hoc est, vt vnaquaeque earum moueat corpus celeste, & vt agens, & vt finis. Non autem hoc esset nisi aliquo modo eis vnirentur. ergo corporibus coelestibus sunt vnitae substantiae in corporeae, & sic corpora coelestia videntur esse animata.

¶ 11 Præt. Comment. in eodem libro expresse dicit, corpora coelestia animata esse.

¶ 12 Præt. Nihil agit extra suam speciem. Effectus. n. non potest esse potior sua causa. Substantia autem viuens est melior non viuere: vt dicit Augustinus de vera religione. Cum ergo corpora coelestia causent vitam maxime in animalibus ex putrefactione generatis, videtur quod corpora coelestia viuant, & sint animata.

¶ 13 Præt. Comment. dicit in lib. de Substantia orbis, qd motus circularis proprius est animae: maxime ergo videntur illa corpora esse animata, quibus est naturale circulariter moueri. Talia autem sunt corpora coelestia. ergo corpora coelestia sunt animata.

¶ 14 Præt. Laudare, narrare, & exultare, non conuenit nisi rei aetatae & cognosceti: sed praemissa attribuitur

Lib. 1. c. 3. & 4. tom. 3.

Lib. 1. c. 6. 92. & seq. 10. 2.

Lib. 11. super metaph. c. 6. 48.

In lib. 11. metaph. qd est super lib. 11. Arist. com. 2. 5. Aug. de vera religione c. 55.

In c. 3. quod incipit, Perfructadam.

tur celis i sacra scriptura, fm illud Psal. 148. Laudate eū celi cęlorum. Cęli enarrāt gloriā Dei. & Apost. 18. Exulta super eam cęelum. ergo cęli sunt aīati.

Lib. 2. c. 9. ad
fract.

SEd CONTRA est, quod Damascenus dicit 2. lib. Nullus animatos cęlos vel luminaria existimet: inanimati enim & insensibiles sunt.

¶ 2 Præt. Aīa vnita corpori nō separatur ab eo nisi p mortē: sed corpora cęlestia nō pnt esse mortalia, cum sint incorruptibilia. ergo si aliqua substantia spiritalis vniatur eis vt aīa, perpetuo erunt eis alligata. Et hoc videtur inconueniens, quōd aliqui angeli perpetuo aliquibus corporibus deputentur.

¶ 3 Præt. Cęlestis societas beatorum ex Angelis & aīabus cōstat: sed cęlorum aīa si sunt cęli aīati, sub neutra parte continentur. ergo aliqua creaturā rationales essent quæ non possent esse participes beatitudinis, quod videtur inconueniens.

¶ 4 Præt. Omnis creatura rōnalis fm suā naturam considerata potest peccare. Si igitur aliqua rationalis creaturā sunt corporibus cęlestibus vnite, nihil prohibuit aliquam earum peccasse. Et sic sequeretur quōd aliquod cęlestium corporum moueretur a malo spiritu, quod videtur absurdum.

¶ 5 Præt. Bonorum spirituum suffragia implorare debemus. Si igitur spiritus aliqui corporibus cęlestibus sunt vniti: cum non sit conueniens ponere eos malos, sed oporteat eos bonos ponere, vt pote in administratione naturæ corporeæ Deo seruientes, sequeretur quōd eorum suffragia essent imploranda. videretur autem absurdum, si quis diceret, Sol & Luna ora pro me. Non est ergo ponendum spiritus aliquos corporibus cęlestibus esse vnitos.

Lib. 1. c. 6. 90.
rom. 2.

¶ 6 Præt. Aīa continet corpus cui vnitur fm Philo sophum in 1. de Aīa. Si igitur corpora cęlestia sunt aīata, sequeretur q aliqua substantia spiritalis creata contineat totum cęelum, quod est absurdum: cum hoc solius sapientia increata sit, ex cuius persona dicitur Ecclesiast. 24. Gyrum cęli circuitu sola.

Ad refert An
gu. 18. de ci
ui. Dei. c. 41.
ante mediū
rom. 3.

RESPON. Dicendum, quōd circa hanc quæstionē fuerunt diuersę opinioniones, tam inter antiquos Philosophos, quam etiam inter doctores Ecclesiasticos. Anaxagoras autem existimauit corpora cęlestia esse inanimata. vnde ab Atheniensibus occisus est. dixit enim Solem esse lapidem accensum. Plato vero & Aristoteles & eorum sequaces posuerunt corpora cęlestia esse animata. Similiter inter doctores Ecclesiæ Origenes posuit corpora cęlestia aīata, quem secutus est Hieronymus, vt patet in quadā glossa super illud Ecclesiastes 1. Lustrās vniuersa in circuitu pergit spiritus. Damascenus vero asserit corpora cęlestia inanimata esse, vt patet in auctoritate inducta. Augustinus vero relinquit sub dubio in 2. super Genesim ad literam, & in Enchiri. vtraq; autē opinio rōnem probabilitatis habet. Cōsideratio enim nobilitatis substantiarum spiritalium inducit ad ponēdum ea esse animata, cum in rerum genere viuientia oībus non viuētibz præferantur: sed cōsideratio nobilitatis substantiarum spiritalium ad contrarium nos inducit. Non enim superiores spiritalis substantiæ hēre possunt de operibus aīa, nisi quæ pertinet ad intellectum: quia alia operationes vitæ sunt actus anime in quantum est forma corporis corruptibilis & transmutabilis. Cum quadam. n. transmutatione & alteratione corporali sunt, nec intellectus superiorum substantiarum indigere vī, vt a sensibilibz cognitionē accipiat, sicut intellectus noster. Si ergo nulla est in eis de operationibus vi-

Origenes. 1.
Hier. cap. 7.
Hier. super
hunc locum
Ecclesi. Da
maz. li. 2. c. 6.
circa finem.
Li. 2. cap. 15.
Enchir. c. 38.
circa h. 10. 3.

ta, nisi intelligere & velle, quæ non indigent corpore, nisi ad corpus accedere vī. Harum autē duarum cōsiderationum secunda efficacior est quā prima. vno enim corpore & animæ non est pp corpus, vt corpus indiget, sed pp animam quæ indiget corpore ad perfectionē, sicut supra dictum est. Si quis autē intime consideret, forte inueniet in his duabus rationibus aut nullam, aut modicam diffinitionē, quod sic intelligendū est. Non enim potest motus corporis cęlestis consequatur aliqua forma corpoream, sicut motus sursum consequatur formam ignis. Manifestū est. n. q vna forma materia non inclinatur nisi ad vnum. Ratio autē motus congruat vnitati, quia de ratione motus est, quod quid aliter se habeat nūc & prius, vnde non motus forma naturalis ad motum pp ipsum motū, esse in aliquo vbi, quo adeptus quiescit motus, accideret in motu cęli, si cōsequeret aliquam formam naturalem. Oportet igitur dicere, q motus sit ab aliqua substantia intelligere. Nā in his duabus rationibus nō potest esse, nisi quoddā bonum intelligatur, pp quod mouet substantia intellectus, mouet cęlum, vt. s. sequatur eius similitudinem operādo, & vt explicet in adu id, quod virtutetur in illo intelligibili bono, & præcipue ratio numeri electorum, pp quos oīa aīa electur. Sic igitur erit duplex ordo substantiarum, quatuor quædam erunt motores cęlestium corporum, & vniuentur eis sicut motores. Sicur & August. dicit in 3. de Trinitate, quod corpora reguntur a Deo per spiritum vitæ, quod idem a Greg. habetur in 4. dialogorū. Quædam erunt fines horum motuum, quæ sunt substantia tracta, & corporibus non vnita. Alia vnita corporibus cęlestibus per modum vnitur mobili. Et hoc vī sufficere ad saluandionē Platonis, & Arist. De Platone quædam stum est: Plato. n. sicut supra dictū est, esse humanum non dixit aliter animatum, nisi tantum anima vnitur corpori vt motor. Ex Aristotelis manifestū est, q non possit in corporibus cęlestibus de virtutibus animæ nisi intellectus. Intellectus vero fm ipsum nullius corporis est. Dicere autē vterius, q corpora cęlestia do sint animata sicut inferiora corpora, quæ mam vegetantur & sensificantur, repugnat aptilitati cęlestium corporum. Sic igitur est corpora cęlestia esse animata, eo modo ista inferiora corpora animantur: nō est tamen corpora cęlestia esse animata, si per animam nihil aliud intelligatur quā vno motore ad motum. Et istos duos modos videtur Aug. tangere in Genesim ad literam. Dicit. n. Solet quatuor vniuersa luminaria ista conspicua corpora sola tractantur beant rectores quosdā spiritus suos, & in vtrum ab eis etiā vitaliter inspirentur, aut vtur carnes per animas animalium. Sed licet in dubio vtrūque relinquat, vt per sequentia patet, eundū præmissa dicendum est, q habentur spiritus, a quibus tamen non sic animantur inferiora animalia a suis animabus.

AD PRIMVM ergo dicendum, q corpus attingit substantias spiritalis, in quantum ordo substantiarum spiritalium corporibus vnitur per modum motoris.

AD SECVNDVM dicēdū, q fm opinionem

rois celum est compositum ex materia & forma, si
cut animal in inferioribus. Sed tamē materia vtro
biq; a quo oec dicitur. Nam in superioribus nō est
potentia ad omne sicut in inferioribus, sed ad vbi
tantum. Vnde ipsum corpus actu existens est mate
ria, nec indiget forma quā det ei esse, cum sit ens
actu, sed quē det ei motum solum. Et sic corpus ce
leste habet nobiliorē formā quā corpus humanū,
sed alio modo: si autē dicatur sicut alij dicunt, quōd
ipsum corpus coeleste est compositū ex materia &
forma corporali, tunc adhuc dici poterit, quā illa for
ma corporalis erit nobilissima inquantū est forma
& actus, quā implet totā potentialitatem mate
ria; vt non remaneat in ea potentias ad aliā for
mam. Et per hoc etiam patet solutio ad tertium.

AD QVARTVM dicēdū, quod corpus celeste ex hoc
quod mouetur a spiritali substantia, sequitur quod habeat
inclinationē ad ipsam, sicut ad motore, & nō aliter.
¶ Et similiter dicendum ad quintum, & sextum.

AD SEPTIMUM dicēdū, quod substantia spiritalis, quod mo
uet celum hēt virtutē naturalē determinatā ad ta
lis corporis motū. Et similiter corpus celi hēt natu
ralē aptitudinē, vt tali motu moueatur. Et per hoc
motus celi est nālis, licet sit a substantia intelligēte.

AD OCTAVVM dicēdū, quod probabiliter dī imperio
voluntatis substantia spiritalis mouet corpus
celeste, quamuis n. materia corporalis sūm for
malē transmutationē non obediāt ad nutū spiritui
creato, sed soli Deo, vt Aug. dicit, de Trinitate, tū
quod ei obedire ad nutū possit sūm transmutationē lo
calem, etiā in nobis apparet, in quibus statim ad im
perium voluntatis sequitur motus corporaliū mē
brozum. Si tū supra imperium voluntatis addatur
etiam influxus virtutis, non propter hoc sequit
fatigatio ex finitate virtutis. Quilibet n. virtus supe
rioris virtutis ordinis, licet sit finita in se, & respec
tū sui superioris, est tū infinita respectū suorum infe
riorum, sicut etiā virtus Solis est infinita respectū
generabilium & corruptibilium, per quorum pro
ductionē etiam si in infinitum esset, non minorare
tur. Et similiter virtus intellectus est infinita respec
tū formarū sensibilium. Et sic etiā virtus substantiā
spiritalis, quod mouet celum, est infinita respectū mo
tus corporalis: vnde non sequitur in ea fatigatio.

AD NONVM dicēdū, quod anima quā mouet ani
malia corruptibilia, vnitur eis sūm esse. Sed substantia
spiritalis, quā mouet celestia corpora, vnitur eis sūm
moueri tū: vnde moueri per accidens attribuit ani
mā corruptibilis animalis rōne sui ipsius. Oportet
enim, quod moto corpore cum quo est vnum secun
dum esse, ipsamet per accidens moueatur. Sed mo
ueri per accidens attribuitur motori inferioris or
bis, nō rōne sui ipsius, sed ratione mobilis, inquan
tum scilicet inferior orbis mouetur per accidens,
vt delatus motu superioris: motor vero superioris
orbis neutro modo per accidens mouetur, quā or
bis eius non defertur, sed alios defert.

AD X. dicendum, quod super hoc inuenitur Auer
rois varie locutus. In libro enim de substantia orbis
dixit, quod idem est quod mouet corpora celestia, vt
agens & finis, quod quidē est valde erroneum. prae
sertim secundū eius opinionē, quā ponit quod pri
ma causa est supra substantiā mouentes primū cœ
lum. Sic enim sequitur quod Deus sit anima primi
celi, secundum quod substantia quā mouet primū cœ
lum, vt agens dicitur anima eius. Et ratio quā hoc
dixit est valde insufficientis: quia enim in substantiis

A separatis a materia est idē intellectus & intellectū,
existimauit quod sit idē desiderans & desideratum, quod
nō est simile. Nam cognitio cuiuslibet rei sit sūm
quod cognitum est in cognoscente. Desiderium autē sit
secundum conuersionem desiderantis ad rem desi
deratam. Si autē bonum desideratum inesset deside
ranti ex seipso, non cōpeteret ei quod moueret ad con
sequendum bonum desideratum. vnde oportet di
cere quod bonū desideratum quod mouet vt finis, est
aliud a desiderante quod mouet vt agens. Et hoc ē
idem dicit in Commēt. r. i. Metaphy. ponit enim ibi
duos motores. vnum coniunctum quem vocat ani
mam, & aliud separatam, qui mouet vt finis. Tamen
ex toto hoc non habetur amplius quod substantia
spiritalis vnitur corpori coelesti, vt motor.

AD XI. dicendum, quod corpora celestia dicit eē aīa
ta, quia substantiā spiritalis vnuntur ei vt moto
res, & nō vt formā. vnde super 7. Metaphy. dicit quod
virtus formatiua feminis non agit nisi per calorem
qui est in semine, non ita quod sit forma in eo sicut aīa
in calore naturali, sed ita quod sit ibi inclusa sicut anima
est inclusa in corporibus coelestibus.

AD XII. dicendum, quod corpus celeste inquantum
mouetur a substantia spiritali, est instrumentū eius:
& ita mouetur in virtute substantiā spiritalis ad cau
sandam vitam in istis inferioribus, sicut terra agit in
virtute artis ad causandam arcam.

AD XIII. dicendum, quod ex illa ratione amplius ha
beri nō potest, quā quod corpora celestia a sub
stantiis spiritalibus moueantur.

AD XIII. dicendum, quod secundum Damascenum
coeli dicuntur enarrare gloriam Dei, laudare & exul
tare materialiter, inquantum sunt hominibus ma
teria laudandi, vel enarrandi, vel exultandi. Similia
enim inueniuntur in scripturis de montibus & col
libus, & aliis inanimatis creaturis.

AD PRIMVM vero eorum quā in contrarium
obiciuntur, dicēdū, quod Damascenus remouet corpo
ra celestia eē aīata, ita quod substantiā spiritalis vnian
tur eis vt formā, sicut corruptibilibus animalibus.

AD SECVNDVM dicendum, quod vnus Angelus depu
tatur ad custodiam vnus hominis quamdiu viuūt.
Vnde non est inconueniens si deputatur ad mouen
dum coeleste corpus quamdiu mouetur.

AD TERTIVM dicendum, quod si corpora celestia
sunt animata spiritus eis praesidentes in societate An
gelorum computantur. vnde August. dicit in En
chiri. Nec illud certum habeo, vtrum ad societatem
Angelorum pertineant Sol & Luna & cuncta fide
ra, quamuis nonnullis lucida esse corpora, non ta
men sensitiua, vel intellectiua videantur.

AD QVARTVM dicēdū, quod in hoc nulla est dubita
tio si sequamur opinionē Damasc. ponentis Ange
los quod peccauerunt de numero eorū fuisse, quod corpo
ribus corruptibilibus praeserūt. Si vero sūm sūam
Greg. ēt de superioribus aliqui peccauerunt, dicen
dum quod Deus eos quos ad hoc ministerium depu
tauit, custodiuit a casu, sicut & plurimos aliorum.

AD QVINTVM dicendum, quod non dicimus,
ora pro me Sol: quia substantia spiritalis non vn
itur corpori celi vt forma, sed vt motor tantum: vt
auferatur idolatriae occasio.

AD SEXTVM dicendum, quod secundum Philo
sophum in 4. Physicorum, motor celi est in aliqua
parte eius, & non in toto. Et sic non circuit gyrum
celi. Secus autem est de anima, quā dat esse cor
pori secundum totum & partes.

